et leviora etc. i. et impossibile est eis secundum hanc opi-
nionem dicere quare causa compositi graviora
sunt maiora minoribus se. contingit enim eis
secundum hanc opinionem ut gravius esset
maius. sed invenitur corpus enim cupreum
parvum gravius corpore magno lane et hoc quod
dixit necesse est eis. quoniam si causa excessus gra-
dati corporum in gravitate est multitudo
partium facientium gravitatem necesse est ut id
quod est plurium partium indivisibilium sit gravius. sed ma-
ius debet esse plurium partium. ergo maius est
gravius cuius contrarium invenitur et potest aliquis
dicere quod cum dicentes partes esse indivisibi-
les. dicunt quod leve simpliciter fit ex di-
visibilibus partibus parvis et grave simpliciter
ex divisibilibus magnis et apud eos sunt
partes infinite in corpore magno et parvo. non
contingit eis hoc quod dixit eis Aristoteles scilicet quod corpus
magnum aeris erit gravius corpore parvo
terre. partes enim ex quibus componitur aer apud
eos sunt parve et ex quibus componitur terra sunt
magne et numquam ex parvis congregatur
aliquod leve neque ex magnis aliquod
leve et si esset in fine paucitatis et dissolutio
est quod magne et parve non differunt qua-
litate itaque quod natura consequens istam
partem sit alia a consequente illam. sed tantum
differunt quantitate et sic reverteretur ser-
mo eorum in hoc quod grave et leve non differ-
unt nisi per magis et minus et contingunt
eis contradictiones quas dedit eis Aristoteles et contingit
etiam eis dicere quod corpora composita non
sunt maiora se minorem nisi aut quia
constant ex pluribus partibus aut maioribus
et hec igitur est contradictio eius contra dicentes
hanc opinionem in gravi et levi simpliciter
et secundum compositionem.

Alteram causam putant.
Alii vero dicunt quod
causa levis et gravis non
est hoc quod isti dicunt scilicet
vacuum existens in cor-
poribus quod elevat ea
ad superius ita quod corpora
fortiora efficiunt leviora
quia in eis existit multum
vacuum et ideo sunt ma-

iora in spissitudine. quam-
vis sint composita sicut a-
lia corpora ex similia. et si-
militudine et pauci-
tate et ubi dico. quod isti
dicunt causam propter quam
hoc est levius hoc est quod
hic inest magis vacuum qu-
am hic. secundum igitur hunc
modum dicunt gravius
et levius esse.

Cum compleverit contradictionem dicenti-
bus quod causa gravitatis et levitatis est
multitudo et paucitas elementorum incepit contra-
dicere dicentibus quod causa est in hoc mul-
titudo et paucitas vacui existentis in corpore
et primo narrat istorum opinionem. dicendo alii vero
dicunt etc. et dixit existens in corporibus
dicentes vacuum esse sunt bipartiti. qui-
dam enim dicunt quod vacuum est consis-
tens per se abstractum a corporibus. quidam
autem dicunt ipsum esse profundatum in eis
et dicunt ipsum esse causam levitatis et ple-
num esse causam gravitatis. et dixit quod
elevat se ad superius ad demonstrandum quod
contingit eis quod vacuum debet moveri. sicut decla-
ratum fuit non movebitur nisi cum movea-
tur. Deinde dixit. Ista quoque forsitan corpora
magna etc. hoc est ideo corpora et quod dicunt et pro-
bant hoc quia nos videmus multa corpora levi-
ora magna aliis parvis et hoc non potest
esse nisi vacuum existens in illis sit maius
vacuo existente in corporibus parvis. De-
inde dixit. et ideo sunt maiora in spissitudine
i. quod causa magnitudinis in corpore leviori
non est quia in eo sunt partes plures quam
in corpore graviori minori. sed causa est
quia in eo est vacuum maius. Deinde dixit quoniam
si composita etc. i. quod vacuum in eis est causa
magnitudinis quamvis hec corpora constent ex
partibus equalibus partibus ex quibus
constant minora graviora et hoc invenitur in plu-
ribus corporibus equalibus in magnitudine
et parvitate. s. quod partes ex quibus componun-
tur sunt equales etc. quod sermo istorum est
magis sufficiens sermone illorum. illi enim non